



Nr. 60. 3.

Q. D. B. V

PRAEMISSA HOS. II SEGM. XVIII. XIX. XX  
EXPOSITIONE

3

IX

---

EXAMEN  
AUTUMNALE

DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS.  
CASIMIR. ACADEM. CVM ORATIONE  
GENSORIA

A. D. VI. VII. ET VIII. OCTOBRI

IN SCHOLA SENATORIA AVTEM

A. D. IX. ET X. E. M. MDCCCLXXVII

HABENDVM

INDICVNT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

cl.

---

COBURGI  
EX OFFICINA AHLIANA

## § XVIII.

Declaratur Hof. 2, 18. 19. 20.

**P**raemitterimus etiam in hoc loco explicando translationem Viri S.R.I.A. Dathii: "Eo igitur tempore, inquit loua, vocabis me maritum tuum, non amplius Baalem. 19. Auferram enim ista Baalum nomina ex ore tuo, nec amplius eorum fiet mentio. 20. Tum in tuam utilitatem pacem faciam cum feris agrestibus, cum avibus aëreis, et cum terrae reptilibus, fraterisque in tota terra arcu, gladio et bello, te in tuto collocabo." Alii interpres in hoc segmento agi opinantur de Israëlitarum amore erga Deum metus omnis experte: alii de summi numinis appellatione etiam a Ies. 54, 5 usurpata.

Interpres quidam hic agi opinantur, de Israëlitarum amore erga Deum metus omnis experte. Sic explicat Isaacides ad hunc locum adscribens: חַבְדָּנוּ מֵאָהֶב וְלֹא מִירָאֶה אִישׁ לְשׁוֹן אִישׁות: Colet me amore non timore. Vocabulum habet significatum matrimonii atque amorum iuuenilium, בעל, illum dominii et metus. Alii interpres opinati sunt, idem esse ac בעל, huius vero vocabuli vsu propterea interdictum esse Israëlitis, quia idola gentium eodem appellarentur nomine. Hieronymus certe haec adscribit: "Quod dicit Dominus, Vir meus, hoc est, quem utroque sermone et אִישׁ et בעל appelletur vir meus, siue maritus meus, tantum odi idolorum nomina, ut etiam quod bene dici potest, propter ambiguitatem et verbi similitudinem, nequaquam velim dici, sed appellari me magis quam בעל, ne dum aliud loquitur, alterum recordetur, et virum nominans, idolum cogitet." Sed quam parum huic explicationi ipse tribuat Hieronymus, ex iis appareat, quae adiicit: "Ignosce obscuritati, quae tribus nascitur modis, aut rerum difficultate, aut magistri imperitia, aut discentis nimia tarditate." Kimchi quidem ista commentatur: ר"ל תקרא ל' אישׁ כ"י בעל האשה יקרא אישׁ כמו אלקנה אישה -- וכבעל הוא שם משותף כי היו קראים לע' ז' בעל לפיכך אמר ולא תקרא ל'. וזה בעל כדי Id est, vocabis me אישׁ quia maritus uxoris appellatur בעל vero est nomen ambiguum, appellant enim idolum בעל, propterea dicit, non inuocabis me am-

plus

plius ut remoueam nomen **בעלִים** ex ore eius. Eadem fere habet Marinides apud Ezriden et Melechides. At multa alia sunt nomina idolis cum vero Deo communia, v. c. **אֱלֹהִים** Exod. 34, 14. Dan. 11, 36. **אֱלֹהִים** Exod. 20, 3. 23, 13, et ab idolis siue astris desumpta v. c. **יְהוָה אֱלֹהִים** צבאות e.i. g.a. Quid quod gentium alienarum apostolus affirmat, 1 Cor. 8, 5, variis generis esse Deos et dominos. Nusquam vero legimus, Deum nomina illa hanc ob causam repudiasse, aut hominibus vsu illorum interdixisse, ergo neque **Baalis** nomen propter solam hanc rationem a Deo reiectum esse credo, quia cum idolis communicaretur, quanquam non improbemus Drusii annotationem: "Cariant hinc documentum semi-Christianiani nostri, quibus perpetuo in ore **Hercule**, **Aecaftor**, **Mediusfidius**, et alia nomina deorum falsorum, quae iurantes proferunt, vt olim Gentiles et Pagani solebant. Non possum etiam excusare eos, qui nomina filiis suis imponunt, in quibus vestigia manifesta idolorum: cuiusmodi sunt **Annibal**, **Balsasar**, **Baltasar**: quanquam hoc postremum cognomentum Danielis."

Aliam igitur subesse putamus causam, cur in loco nostro **אישׁ** nomini **בעלּ** opponatur, scilicet hanc, quia **אישׁ** non maritum solum, sed virum etiam indicet fortem atque honoratum, quae significatio ab aliis iam satis est demonstrata. Vid. Gen. 49, 6. Ies. 2, 9 et 5, 15. Eadem ratione in Romano **viri** vocabulo vtramque notionem, et **mariti**, et **hominis fortis** siveque esse coniunctam inter omnes constat. Nos ergo locum hunc sic conuertimus: *Atque accidet tempore illo, ut inuoces me, mi Vir, neque inuocabis me amplius, mi Marite!* 19. *Atque eiiciam nomina maritorum ex ore tuo, neque cognominabuntur Israëlitae amplius nomine istorum.* 20. *Et pangam in rem eorum foedus illo tempore cum feris agrestibus, cum aubus aëriis, et repilibus terrestribus, et arcu, gladio instrumento bellico de terra deleto, quiete et secure eos viuere inubebo.* Theodoretus similiter hanc rem declarat adscribens: Ἐπεὶ δὲ ἀρδεῖ καὶ σύνονος ὄνομάσει. *Me autem virum et maritum nominabit.* Ezrides praeterea ad vocabulum v. 20. docte adscribit: **וקשת וחרב וכלי המלחמה כמו באוכלי שלחניך חמור לחם בעבורך שהזכיר תחולת ושבות את קשת ישך ונהת הטעם שישבו לבתך:** Praecile haec sunt dicta, sic autem supplenda, **arcu, gladio bellico**

LXXVI      *f XVIII.* Declaratur *Hof. 2. 18. 19. 20.*

que instrumento, ut 2 Sam. 19, 29, comedentes cibos mensae iuae, et 1 Sam. 16, 20, asinum onustum cibis: propterea quod antea dixerat, *Hof. 1, 5:* frangam arcus Israëlitarum. Sententia autem est, eos secure esse habitatores.

Contextae etiam orationi haec explicatio maxime est consente-  
tanea atque apitissima, in antecedentibus enim Deus per prophe-  
tam haec proposuerat: 16. *Certissime* *equidem* *persuadebo illi*, *eam-*  
*que* *reducam* *vastatam*, *id* *est*, *terris* *incultis* *et* *siticulosis* *similem*,  
*ac* *propterea* *miserabilem* *et* *deplorandam*, *et* *consolabor* *illam*.  
*Tunc* *reddam* *ei* *agros* *suos* *laetiores*, *atque* *ipsam* *vallem* *perturba-*  
*torum* (*Ios. 7, 24*) *tanguam* *principium* *spei*, *tum* *obsequetur* *sicut*  
*tempore* *seruitutis* *suae*, *quo* *videlicet* *ascendit* *e* *terra* *Aegyptiaca*.  
*Tum* *agnosces*, *o* *coetus* *Israëlitarum*, *discrimen* *mariti*, *qui* *idem*  
*est* *vir*, *qui* *te* *vindicare* *poteat* *e* *seruitute*, *teque* *afferere* *in* *liber-*  
*tatem*, *qui* *est* *omnipotens*, *qui* *necessaria* *tibi* *suppeditare* *alii-*  
*menta* *variique* *generis* *te* *ornare* *poteat* *beneficiis*. *Tum* *grega-*  
*riorum* *maritorum*, *qui*, *vt* *Aquila* *rem* *exprimit*, *te* *habent* *tan-*  
*tummodo*, *neque* *in* *curandis* *tuendisque* *rebus* *tuis* *viros* *se* *praes-*  
*stare* *possunt*, *facile* *obliuisceris*, *neque* *nomine* *aut* *appellatione*  
*eorum* *uteris*. *Tum* *felicitate* *summa* *frueris* *in* *rebus* *ad* *hoc*  
*saeculum* *pertinentibus*. *Theodoreetus* *quidem* v. 20 *sic* *inter-*  
*pretatur*: *Διδάσκων* *ώς* *καὶ* *περὶ* *Θηρῶν* *καὶ* *πτερῶν* *λέγει*, *ἄλλα* *περὶ*  
*Θηριῶδῶν* *ἀνθρώπων* *καὶ* *πτερῶν* *δίπην* *ἐπιπτερομένων* *καὶ* *ιοβόλοις* *έρ-*  
*πετοῖς* *έσομέτων*, *ἐπήγαγε* *καὶ* *τόξον*, *καὶ* *έρυθραν*, *καὶ* *πόλεμον* *συν-*  
*τρέψω* *ἀπὸ* *τῆς* *γῆς*. *Εἴτα* *ὑποχνήται* *άντοις* *τὰ* *αιώνια* *άγαθά*  
*καὶ* *κατονία* *άντοις* *ἐπ'* *ἔλποι*. *Propheta docens*, *se neque de feris*,  
*neque de volucribus*, *sed de hominibus belluarum naturam assumen-*  
*tibus*, *et volucrum ritu inuolantibus*, *serpentumque venenatorum*  
*similibus loqui*, *addit*: *Et arcus, et gladios, et bella delebo de terra*.  
*Deinde pollicetur Israëlitis bona aeterna*: *Et habitare eos faciam*  
*cum fiducia*. *Belluis enim ac volucribus*, *veri cultus diuini ac*  
*Iudeorum intelliguntur hostes*, *non finitimi solum*, *quos Gro-*  
*tius nominat*, *Idumaei, Ammonitae et Moabitae*, *sed etiam alii*  
*homines a veritate alieni*, *qui Iudeos oppugnarent*, *iisque*, *qua-*  
*cunque illud fieri posset ratione, nocerent*.



Märklin p 25

13.6  
271


Id 6020

(I):

X 2284726

v318

ME



B.I.G.

Farbkarte #13



Q. D. B. V.  
PRAEMISSA HOS. II SEGM. XVIII. XIX. XX  
EXPOSITIONE

IX

EXAMEN  
AVTVMNALE

DEO IVVANTE IN ILL. GYMNAS.  
CASIMIR. ACADEM. CVM ORATIONE  
GENSORIA

A. D. VI. VII. ET VIII. OCTOBRI

IN SCHOLA SENATORIA AVTEM

A. D. IX. ET X. E. M. MDCCCLXXVII

HABENDVM

INDICVNT

DIRECTOR

ET

RELIQVI PROFESSORES

COBVRGI

EX OFFICINA AHLIANA